

226  
E 50

146



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
226 E 50






Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
226 E 50



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
226 E 50



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
226 E 50



~~NK.E.bb.~~


226 E 50.


SW-6273


KCE 409c


NK 532

ILC 530

















# Lato ad filium suum

Om animaduertere q̄ plurimos homi-  
nes grauiter errare in via morum suc-  
currendum et consulendum opinioni  
corū fore existimaui maxime ut gloriose uiuerēt  
et honorem contingerent. Nunc te fili charissime  
docebo quo pacto mores animi tui cōponas. Igi-  
tur mea precepta ita legito ut intelligas. Legere  
enim ⁊ nō intelligere est negligere.

Itaq; deo supplica

Cognatos cole

Foro te para

Ad consilium ne accesseris anteq̄ uoceris

Mundus esto

Quod satis est dormi

Maiori cede

Saluta libenter

Diligentiam adhibe

Coniugem ama

Iraſci abs re noli

Cui des uideto

Uino te tempera

Nil temere credideris

Meretricem fuge

Libros lege quos legeris memento

Litteras disc

Ad pretoriū stato .Cōsultus esto Nil mentire

Bonus benefacito

Parentes ama

Datum serua

Cū bonis ambula

Conuiuia raro

Magistrū metue

Derecundiam serua

Œ tuam custodi

Familiam cura

Liberos erudi

Mutuū da

Iuramentum serua

Pugna pro patria

Tute consule

Iudicio adesto

Equum iudica

Nil mentire

Maledictus ne esto

N i

*Supplicatio in  
Geno, Suppli-  
ratio*



Iracundiã tempera      Reminẽ irasceris  
Estimatiõẽ retine      Virtute utere  
Troco lude      Aleas fuge  
Minore te ne contẽpseris Nilẽ noli irridere  
Nil arbitrio viriũ feceris. Aliena noli cõcupiscere  
Patere legẽ quã ipẽ tulẽis Pauca i cõuiuio loq̃re  
Parentes patienter vince  
Bñficiũ accepti memor esto Reminem iudica  
Illud stude agere quod iustum est  
Libenter amorem ferto

¶ Sequuntur Disticha

I deus ẽ animus ut nobis carmina dicunt.  
Hic tibi p̃cipue sit pura mente colendus  
Plus vigila semper ne somno deditus esto  
Nam diuturna quies vitijũ alimẽta ministrat  
Virtutẽ primam cẽ puto cõpescere linguam  
Proximus ille deo ẽ qui sit ratione tacere  
Sperne repugnãdo tibi tu contrarius esse  
Conueniet nulli qui secum dissiãdet ipse  
Si vitã inspicias hominũ si deniq; mores  
Cum culpas alios nemo sine crimine viuic  
Que nocitura tenes q̃uis sint chara relinq̃.  
Vtilitas opibus preponi tempore debet  
Constans ⁊ leuis ut res ex postulat esto  
Temporibus mores sapiens sine crimine mutat  
Nil temere proxi de seruis crede querẽti  
Sepe etenim mulier quẽ coniuux diligit odit  
Cunq; mones aliquẽ nec se velit ipse monere  
Si tibi sit charus noli desistere ceptis

Contra verbosos noli contendere verbis  
Sermo datur cunctis animi sapiētia paucis  
Dilige sic alios vt sis tibi charus amicus  
Sic bon? esto bouis ne te mala dāna sequātur.  
Qu mores fuge ne icipias nou? auctor haberi  
Nam nulli tacuisse nocet. nocet esse locutum  
Nem tibi pmissam certam promittere noli  
Sara fides ideo ē q? multi multa loquuntur  
Cū te q? laudat iudex tuus esse memento  
Plus alijs de teq? tu tibi credere noli  
Officiū alterius multis narrare memento  
At alijs cum tu bene feceris ipse silēto  
Multorum cum facta sener z dicta recensēs  
Fac tibi succurrant iuuenis que feceris ipse  
Ne cures si quis tacito sermone loquatur  
Consciū ipse sibi de se putat omnia dici  
Cum fueris felix que sunt aduersa caueto  
Nō eodem cursu respondēt vltima primis  
Cum dubia z fragilis sit nobis vita tributa  
In mortē alterius spem tu tibi ponere noli  
Eriquū munus cū dat tibi paup amicus  
Accipito placide z plene laudare memento  
Infantem nudum cum te natura creauit  
Paupertatis onus patienter ferrememento  
Ne timeas illam que vite est vltima finis  
Qui mortē metuit quod viuit pdit idipsum  
Si tibi pro meritis nemo respondet amicus  
Inculcare deum noli. sed te ipse coerce  
Ne tibi quid desit quesitis vtere parce

A h

1211

Idq̄ quod est serua semper tibi deesse putato  
Quod prestare potes ne bis promiseris ulli  
Ne sis ventosus cum vis bonus ipse videri  
Qui simulat verbis nec corde ē fid⁹ amicus  
Tu quoq̄ fac simile sic ars deluditur arte  
Noli hoēs blando nimium sermone pbare  
Phystula dulce canit volucrē dū decipit auceps  
Si tibi sint nati nec opes tūc artibus illos  
Instrue. quo possint inopem defendere vitam  
Quod vile est char⁹ quod char⁹ vile putato  
Sic tibi nec cupidus nec auarus nosceris ulli  
Que culpāre soles ea tu ne feceris ipse  
Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum  
Nō iustū est petito vlt qd̄ videatur honestum  
Nam stultum est petere quod posūt iure negari  
Ignotum tenet noli preponere notis  
Cognita iudicio cōstant. incognita casu  
Cū dubia incertis versetur vita periculis  
Pro lucro tibi pone diem quicumq̄ laboras  
Vincere cum possis interdum cede sodali  
Obsequio quoniā dulces retinentur amici  
Ne dubites cum magna petis impēdere qua  
His eteni⁹ rebus coniungit gratia charos  
Litem inferre caue cū quo tibi gratia iūcta est  
Ira odiū generat. concordia nutrit amorem  
Seruorum ob culpā cū te dolor viget i iram.  
Ipse tibi moderare tuis ut parcere possis  
Quē superare potes interdum vince ferendo  
Maxima eteni⁹ morū ē semp̄ patientia virtus

Conserua potius que sunt iam parta labore  
Cū labor in damno est mortalis crescit egestas  
Dapilis interdum notis & charus amicis  
Cum fueris felix semp tibi proximus esto  
Illuris si forte velis cognoscere cultus  
Vergiliū legito. q̄ si mage nosce laboras  
Herbarum vires Nacer tibi carmine dicet  
Si romana cupis & punica noscere bella  
Lucanū queras qui Martis prelia dicit  
Si quid amare libet vl̄ discere amare legendo  
Rasonē petito sin̄ autem cura tibi hec est  
Ut sapiens viuas audi que discere possis  
Per que semotum vitij̄s deducitur euū  
Ergo ades que sit sapientia disce legendo  
Si potes ignotis etiam prodesse memento  
Ut ilius regno est meritis acquirere amicos  
Mitte arcana dei celumq; inquirere quid sit.  
Cum sis mortalis que sunt mortalia cura  
Linque metum leti. nā stultū est tempe i oī  
Dum mortem metuis amittis gaudia vite  
Iratus de re incerta contendere noli  
Impedit ira animum ne possit cernere verum  
Fac sumptuz proprie cum res desiderat ipsa  
Dandū etenī est aliqd̄ cū tēpus postulat aut res  
Quod nimiū ē fugito. p̄uo gaudere memēto  
Tuta magis puppis modico q̄ flumine fertur  
Quod pudeat socios prudēs celare memento  
Ne plures culpent id quod tibi displicet vni  
Nolo putes prauos homines peccata lucrari.

Temporibus peccata latent & tēpora patent  
Corporis erigui noli contemnere vires  
Ingenio pollet cui vim natura negavit  
Quem sciueris nō esse parem tibi tēpore cede  
Victorem a victo superari sepe videmus  
Aduersum notum noli contendere verbis  
Tis minimis verbis interdum maxima crescit  
Quid deus intendat noli perquirere sorte  
Quod statuit sine te. sine te deliberat ipse  
Inuidiam nimio cultu vitare memento  
Que si non ledit tamen hāc sufferre molestū est  
Esto animo forti cum sis damnatus inique  
Nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo  
Nec te collaudes. nec te culpa ueris ipse  
Hoc faciunt stulti quos gloria uerat inanis  
Litis preterire noli maledicta referre  
Post inimicicias iras meminisse malorum est.  
Utere quesitis modice dū sumptus abundat  
Labitur eriguo quod partum est tēpore longo  
Incipiēs esto dū tempus postulat aut res  
Stulticiā simulare loco prudentia summa est  
Luxuriam fugito. simul & vitare memento  
Crimen auaricie. nam sunt contraria fame  
Noli tu quedam referenti credere semper  
Erigua ē tribuenda fides. quia multa loquūtur  
Quod potu peccas ignoscere tu tibi noli  
Nā nullum crimē uini est. sed culpa bibentis  
Consilium arcanum tacito committe sodali  
Corporis auxiliū medico committe fideli

Successum indignum noli sufferre moleste  
Indulget fortuna malis ut ledere possit  
Prospice qui veniunt hos casus esse ferendos  
Nam leuius ledit quicquid preuidimus ante  
Rem tibi quam noscīs aptā dimittere noli  
Fronte capillata post est occasio calua  
Quod sequitur specta. quodq; imminet añ videto  
Illum imitare deum qui partem spectat utraq;  
Rebus in aduersis animum submittē noli  
Spem retine. spes vna hominē nō morte reliq̄t  
Fortior ut valeas interdum partior esto  
Parca voluptati debentur plura saluti  
Iudicium rectum nunq; contēpseris vnus  
Ne ulli placeas. dum vis cōtemnere multos  
Sic tibi precipue qđ primum est cura salutis  
Tempora ne culpes cum sis tibi causa doloris  
Somnia ne cures nā mēs humana qđ optat  
Dum vigilat speratq; somnum cernit idiplum.  
Hoc quicunq; velis carmen cognoscere lector  
Hec precepta feras que sunt gratissima vite  
Instrue p̄ceptis animum. ne discere cesses  
Nā sine doctrina vita ē quasi mortis imago  
Commoda multa feres. sin autē spreueris illd  
Non me doctorem. sed te neglexeris ipse  
Cum recte viuas ne cures verba malorum  
Arbitriū nostri nō est quod quisq; loquatur  
Productus testis saluo tamē ante pudore  
Quantumcūq; potes celato crimen amici  
Sermones blandos blelosq; vitare memēto

Simplicitas veri fama ē fraus ficta loquendi  
Segniciem fugito que vite ignauia fertur  
Nā cū anim? lāguet cōsumit inertia corpus  
Interpone tuis interdum gaudia curis  
Vt possis animo quemuis sufferre laborem  
Alterius dictū aut factū ne carpsferis vnq̃.  
Exemplo simili ne te derideat alter  
Quod tibi fors dederit tabulū iūpma notato  
Augendo serua. ne sis quem fama loquatur  
Cum tibi diuitie superāt in fine senectē  
Magnificus facito viuas. non parcus amicis  
Vtile consiliū dominus ne despice serui  
Nullius sensum si prodest tempseris vnq̃  
Sibus et in sensu si non est quod fuit ante  
Fac viuas contentus eo quod tempora prebent  
Vxorē fuge ne ducas sub nomine dotis  
Nec retinere velis si ceperit esse molesta  
Multorum disce exemplo que facta sequaris  
Que fugias. nobis sit vita aliena magistra  
Qd̃ potes id tentes opis ne pondere pressus  
Succumbat labor. ⁊ frustra tentata relinuas  
Quod sis non rcē factum nolito silere  
Ne videre malos imitari velle tacendo  
Iudicis auxiliū sub iniquo teste rogato  
Ipse etenim leges cupiunt vt iure regantur  
Quod merito pateris patiēter ferre memēto  
Cumq̃ reustibi sis ipsum te iudice damna  
Multa legas facito. perlectis perlege multa  
Nam miranda canunt sed non credēda poete

**I**nter conuiuas fac sis sermone modestus  
Ne dicare loquardum vis urbanus haberi  
Coniugis irate noli maledicte timere  
Nō lachrymis struit insidias dū femina plorat  
Uttere queritis. sed ne vidcaris abuti  
Qui sua cōsumūt dū dcest aliena sequūtur  
Fac tibi pponas mortē non esse timendam  
Que bona si nō est finis tamen illa molorum  
Vroris linguā si frugi est ferre memento  
Nāq; malum est non posse pati. nec velle tacere  
Dilige nō egra charos pietate parentes  
Nec matrē offendas dū vis bon? eē pareuti  
Ecurā quicūq; cupis deducere vitam  
Nec vitijs herere aīni que morib? obsūt  
Hec precepta tibi semp relegēda memēto  
Inuenies aliquid quod te vitare magistro  
Despice diuitias si vis animo esse beatus  
Quas qui suscipiunt mēdicant semper auari  
Cōmoda nature nullo tibi tempore dierum  
Si contētus eo fueris quod postulat usus  
Cum sis incautus nec rem ratione gubernes  
Noli fortunam que non est dicere cecam  
Dilige denarium. sed parce dilige formam  
Quā nemo sanctus nec honestus captat habere  
Cum fueris locuples corpus curare memēto.  
Eger diues habet nūmū. sed non habet ipsum  
Verbera cum tuleris discens aliquādo mgrī  
Feri patris imperium cum verbis erit in iram  
Res ageque profunt. rursus vitare memento

In quibus error inest. nec spes incerta laboris  
Quod prestare potes gratis concede roganti  
Nam recte fecisse bonis in parte lucrosum est  
Quod tibi suspectum est cōfesti; discute qđ sit  
Namq; solent primo que sunt neglecta nocere  
Cum te detineat veneris damnosa voluptas.  
Indulgere gule noli. quia ventris amica est  
Cum tibi proponas animalia cūcta timere  
Dnū precipimus hominē plus esse timendum  
Cum tibi preualide fuerint in corpore vires.  
Fac facias animo si vis vir fortis haberi  
Auxilium a notis petito. si forte laboras.  
Pec quisquam melior medicus q̄ fidus amicus  
Cum sis ipse nocens moritur cur victima p te  
Stulticia in mortem alterius sperare salutem  
Cum tibi vel socium vel fidum queris amicū  
Non tibi fortuna est hominis sed vita petenda  
Utere questis opibus. fuge nomen auari  
Quid tibi diuitie prosunt si pauper abundas  
Si famam seruare cupis dū viuis honestam.  
Fac fugias animo que sunt mala gaudia vite  
Cum sapias animo noli irridere senectam  
Nam quocunq; sene sensus puerilis in illo est  
Disce aliquid. nam cum subito fortuna recedit  
Ars remanet. vitamq; hominis non deserit vnq̄  
Prospicito cuncta tacitus qđ quisq; loquatur.  
Sermo hoim mores et celat et indicat idem  
Exerce studium q̄uis preceperis artem  
Ut cura ingenium sic et manus adiuuat vsum;

Multum venturi ne cures tempora fati  
Non mortē metuit qui scit contēnere vitā  
Disce. sed a doctis. indoctos ipse doceto  
Propaganda etenim rerū doctrina bonarū  
Hoc bibe quod possis si tu vis viuere sanus  
Morbi causa mali minima ē quācumque voluptas  
Laudaris quodcumque palā quodcumque pbaris  
Hoc vide ne rursus leuitatis crimine dānes  
Tranquillis rebus quae sunt aduersa caueto  
Rebus in aduersis melius sperare memento  
Discere ne cesses. cura sapiētia crescit  
Raro datur lōgo prudentia tēporis usu  
Parce laudato. nam quē tu sepe probabis  
Vna dies qualis fuerit monstrabit amicus  
Repudeat que nescieris te velle doceri  
Scire aliquid laus ē. pudor ē nil discere velle  
Cū venere et bacho lis ē. sed iuncta voluptas  
Quod lautū ē aio cōplectere. sed fuge lites  
Demissos aio et tacitos vitare memento  
Quod flumē placidū ē forsitan later altior vnda  
Cum tibi displiceat rerū fortuna tuarum  
Alterius specta quo sis discrimine peior  
Quod potes id tēta: nam litte? carpere remis  
Tutius ē multo quā velum tēdere in altum  
Contra hominē iustū noli cōtendere praue  
Semp̄ em̄ deus iniustas ulciscitur iras  
Exceptis opibus noli merere dolendo  
Sed potius gaude tibi si contingat habere  
Est iactura grauis quae sunt amittere damnis

Sunt quedā que ferre decet patienter amicum  
Tempora longa tue noli pmittere vite  
Quocūq; ingrederis seq̄t̄ mors corpis umbram  
Ture deū placā vitulum sine crescat aratro  
Ne credas placare deum dum cede litatur  
Cede loco lesis fortuna cede potenti  
Ledere qui potuit pdesse aliquādo valebit  
Cum quid peccaris castigas teipse subinde  
Vulnera dum sanas dolor ē medicina doloris  
Damnaris nunq̄ post longū temp̄ amicum  
Mutarūt mores. sed pignora p̄ma memento  
Gratior officijs quo sis mage charior esto  
Ne nomē subeas quod dicitur officipardi  
Suspectus caueas ne sis miser oib; hoīs  
Nam timidis ⁊ suspectis aptissima mors est  
Cum fueris seruos pprios mercat; in usus  
Hos famulos dicas. hoies tñ esse memento  
Quam primum capienda tibi ē occasio p̄ma  
Ne rursus queras que iam neglexeris ante  
Morte repētina noli gaudere malorum  
Felices obcunt quoz sine crimine vita est  
Cum coniunt tibi sit nec res nec fama laborat  
Vitandum ducas inimicum nomen amici  
Cum tibi cōtingat studio cognoscere multa  
Fac discas multa ⁊ vita non velle docere  
Miraris verbis nudis me scribere versus  
Hos breuitas sensus fecit cōiungere binos

¶ Finiūt disticha Catonis ad filiū suū.

am  
zari  
ro  
  
de  
ie  
ruti  
o  
s  
  
n  
his  
  
one  
  
oac  
  
ka  
  
s



